

MILITIA CO^{MI}S^{AN}AS C^{ON}TR^ACTA
VIR TUT^ES QUATUOR
PRINCIPES,
INCLYTO NOVO
SENATUI ERF.

FURTENSI,
PRO AUSPICATISSIMIS RERUM
agendarum successibus,
strenue loco Januariae
impetrare inscripta.

As signatore
M. ELIA BIRNSTILIO,

Anno 1657.

-33-

TRANSITUS CONSULUM, & SENATORIUM Anno 1657.

Rahmsmeistere:

Herr Jacobus Berger.

Herr Johann Heinrich Fischer.

Herr Georg Gabler.

Herr Tobias Dehrling.

Vier Herren:

Herr M. Volcmarus Limprech.

Herr Caspar Geiflein.

Herr Dietrich Nacke.

Herr Philipp Dietmar.

Cämmerer:

Herr Florian Böttiger.

Herr Johann Schiller.

StadtVögte:

Herr Johann Böttiger.

Herr Johann Möller.

Herr Christian von Saher.

Ungelderherren:

Herr Werner Schuhmacher.

Herr Volcmar Winkheim.

Bürgermeister oder Zweyermänner:

Herr Albrecht Wilhelm Mühlpsort.

Herr Michael Mangold.

Brückenherren:

Herr Christoph Meyer.

Herr M. Bartholomæus Weiß.

Futterherren:

Herr Balthas. Rudolph Schwengfeld.

Herr Wolf Balthas. von der Weser.

UnterBawherren:

Herr Caspar Vogel.

Herr Hieronymus Hempel.

Wegen der Schmiede:

Herr Barthel Schwenck.

Wegen der Zuchmacher:

Herr Lorenz Hesse.

Wegen der Fleischhauer:

Herr Nicol Schulthes.

Wegen der Kürsner:

Herr Hans Leizmann.

Wegen der Schuster:

Herr Jacob Lindemann.

Wegen der Schneider:

Herr Hans Scheller.

Wegen der Becker:

Herr Hans Schade.

Wegen der Kleinen Handwerker:

Herr Hans Fries/ Bortenwirker.

UnterCämmerer:

Herr Paulus Rudolph Pilgrim.

Herr Elias Melzer.

DURE-





DUERNIO ΤΩΝ

ωροσφωνήσεων.

I.

Ad Præcellentissimum, Consultissimumq; Dn.

JACOBUM BERGERUM,

Πρόσωπων ὡρῶν στοιχεῖον circumspectum.

Reipubl. moderatorem.



Umsat anhelantes Pyrois, Eous & Aethon
Matutæ roseas elicuere faces,
Non modò (vere novo) solem philomela salutat,
Inter & argutas gutture vernat aves;
Sed simul applaudunt avium pars major eidem,
Qvarum mille modos tunc licet imbibere.
Jam puer est annus. Donaria amicus amico
Exhibit. An solus separer hoc numero?
Fas, strenam strenis adjungi, dum novus annus
Incoepiat solitis currere carceribus.
At, Bergere, tibi qvod do, Chrysendeta non sunt,
Concháve felicis littore lecta maris;
Sive qvod in fundo volvit ditissimus Hermus:
In chartis positum, suscipe vatis opus.
Damnatus voti, Dominum, qvi digerit annos,
Obsecro, te plures ut superesse sinat.
Non est inventus trivij, vel ab arbore lapsus,
Per quem res constat publica & alma salutis.

RELIB

A 2

ad

Ad celsum virtutibus & honoribus Dn.

M. VOLCKMARUM Limprecht/
Sermoni paroemiacō (δις ἡγὶ τεῖς τὸ καλόν) salutem
patriæ humeris benè glorioleq; gestando,
fidem facientem.

Maxima debetur numero perfectio trino ;
 Qvod tua, Limprechti, publica sella docet.
 Consul es ex votis, Consul qvoq; mittere fatō,
 Et vice nunc ternā clarus es officio.
 Primus ad exodium nondum devenerat annus :
 Mox cura in scapulas est revoluta tuas.
 Annus ut oscinibus faustis defluxerat alter,
 Te qvoq; patronum tertius annus habet.
 Sic fore prædixi, neq; mens præsaga fefellit ;
 Hauserat hæc animis omina qvisq; bonus.
 Arguit artificem, multis monstrata figuris,
 Techna. Sonō & pennis noscitur omnis avis.
 Te curata salus canit, & modus aptus agendi ;
 Hinc virtus triplicat, qvod dedit ante, decus.
 Non eget appensis bederis generosus Iacchus ;
 (Nullus adulabor) res satis ipsa probat.
 Re benè transactā, si tertius ibit & annus,
 Vox generalis erit : non τεῖας ista bona est ?
 In regimen felix hæc qvaliacunq; capesse ;
 Postulat hic donum temporis articulus.
 Offero virtutes, vovoq;, recentior annus
 Ut fortunatā sæpe recurrat ave.

RELIGIO



I.
RELIGIO SIVE TIMOR DEI,

Proximus ad felicitatem gradus.

vid. Syr. c. I.

OMnes divino traduntur Numine fasces,
Inq; solum Dei calculus arbitrio est.
Ergo Deo cultum meritò redhibere potenti,
Publica & huic uni credere sceptra decet.
Tutores patriæ, qvibus hæc est gloria fatò,
Talibus incipitis munus id auspiciis.
Si facietis idem, qvoties accèstis ad urnam,
Usq; stat incolmis res foris atq; domi.
Donec palladium Trojanâ mansit in urbe,
Dicitur in salvo qvisq; fuisse statu.
Et qvoniā Eusebie se vestris implicat actis,
Vobis præsidibus qvis nocuisse queat?
Auguror augustos augusta ex indole nixūs,
Qui satis indiciis emicuere suis.
Plaudent porrectâ tandem mercede Prophetæ:
Et pressi stabunt in meliore loco:
Libertas patriæ persentiet aurea vires,
Et factis aderit non-temerandus honos.
Hoc ego præsento, Proceres, pro munere primo,
Nempe tenor rectus Religionis adest.
Ætnâ majus onus, fateor, portabitis annò;
Tale tamen vobis publica vota dicant.
Idq; licet mentes curis fodicabit acutis:
Filia sudoris, Gloria subseqvitur.
Qvisq; vis apum stimulos trepidat, spinasq; roseti,
Non feret ille favos, non feret ille rosas.

PRUDENTIA.

Oportet agentem intelligere, scire & velle.

v. Jovian. Pontan. l. i. de Prud.

c. 26. p. 301.

Qui, quid sit rectum, non recte intelligit ipse,
 Non poterit recte rem quoq; perficere.
Vos δ, qvos votis sancta in collegia scripsit
 Curia, qvà niveos pascit Hiera cycnos,
 Nunc agitis, qvicqvid sapientum est, atq; bonorum,
 Qvod populus puncto comprobat ipse suo.
Qvis poterit citius demissa ad verba clientum,
 Ut fas sit, sensus explicuisse suos?
Qvis tollenda magis prudenti discutit ore?
Qvis peragenda capit promptius & melius?
Qvis quoq; præteritis venturum rectius unit?
Qvis majus verbis robur inesse facit?
Nostis, qvam liceat pro tempore reddere frontem,
 Sive severa foret, sive serena foret.
Isthæc ipsius patriæ sunt sensa loquentis;
 Est qvibus addendus calculus iste meus:
Vos semper locuples Prudentia amabit, ut anno
 Delapsò possint linteal tota legi.
Hæc faciet, nunq; solvi metuentibus alis,
 Nomina per mundi vestra volare globum.
Infelix Phaëthon, currus auriga paterni,
 Flectere Solares non bene doctus eqvos,
Miscuit imprudens totis incendia terris:
 Tam male successit desipientis opus.
At vos cum ratio moderetur provida mentis,
 Effectus Spartæ dona salutis erunt,
 Curare in primis patriæ decet incrementum,
 Qvos juvat orchestræ scandere celsa sua.

JU.

III.
JUSTITIA.

Boni viri officium est, justitiæ inservire, & malos ubiq; afficere malis. *Eurip. in Hec.*

Judicis est, meritum, ne jus in jure laboret,
Distribuisse bonis, distribuisse malis.
Scilicet hæc ætas, legum resoluta catastis,
In vitium, freno non remorante, ruit.
Ante negatâ fuit tam laxa licentia terris
Cum fluarent primis aurea secla viris.
Nulla erat improbitas, Saturno rege, nec usum
Noverunt lapides, nec valuere fabæ.
Inter vicinos gessit moderamina candor,
Ut par dulce fuit Nisus & Euryalus.
Fidaq; simplicitas exsplenduit omnibus actis,
Fraudis ut hinc nemo nosceret artificem.
Suræ nullius vim persensere numellæ,
Nec damnatus erat vir malus in Gyarum.
Non jugulabantur clamoris litibus aures,
Cuncta sed optatae conditionis erant.
Nunc faber est scelerum, Gomorrhæ filia, mundus,
Ut scribat vitiis verba severa Solon.
Unde renascentes alibi tonuere Lycurgi
Legibus, ut nequeat non doluisse scelus.
Electa corona virûm, qui sidunt sede curuli,
Exsere te, cole jus, justitiamq; tene.
Quid loqvor? ecce tenes. Sunt rerum symbola præsto;
Per te securis non licet esse malis.
Non parasitastris tolerans rex ille, Philippi
Filius, aurem unam vult patuisse reo.
Mos pro lege tibi quæm laudatissimus idem est;
Audis æquidicæ verna fidelis Hera.

Dumq;



Dumq; potest Titius, dum libra Cäjus æqvā,
 Ne malē lēdatur, participare suum:
Nonne tibi veniant magnæ præconia famæ?
 Nonne canat meritum patria tota tuum?
Qui sua concedit benē cultis semina sulcis,
 Jure bono à sulcis semina item recipit.

IV.

CONSTANTIA.

Cum qvid sanctum agis, bonam spem tibi propone, certus qvōd conatum
justum etiam Deus adjuvat. Menand. apud Stob.

Sors invisoris crux est, cum tale negatur,
 Qvōd divina alijs virgula suppeditat.
Idcirco macti virtutibus este Dicastæ,
 Qvos vectat celeri laus super astra modò.
Sumite solemnes, qvi decernuntur, honores;
 Qvōd venit à fato, vertere nemo potest.
Impavidò adversis didicistis calce reniti,
 Nec Suffenorum murmure flectimini.
Grex assentantūm neq; vos mutare susurro,
 Aurea justitiae frangere jura, potest.
Nempe incorrupti Constantia judicis hæc est:
 Qvōd non divendit munere Justitiam:
Qvōd non concutitur morsu petulante malorum:
 Nec spectat plenas ære nitente manūs.
Qui sic stat, meruit tali considere sede,
 Et verè populis instar Atlantis erit.
Statis Primates. Ita vano Trofulus ausu
 Famæ splendorem lancinat opprobriis.
Quantum quisq; suis virtutum præbet in actis,
 Tantum habet & laudis, nominis & decoris.

F I N I S.



MILITIA
VIRTUTE
PR
INCLY
SENA
FUR
PRO AUSPICA
agendaru
stren&
sumér
A
M. ELIA

